

## Capitulum

## VII

223

Secunda .ij. q. xxv. Secundo considerandum est in inimico ipsius natura secundum quod ad dei imaginem creatus est capax glorie nobiscum et nosse primus. Et secundum hoc dicendum primo quod ex precepto tenemur inimicos nostros non odire secundum naturam secundum quam sunt nostri proximi. Secundo quod tenemur eos secundum naturam non solum non odire, sed etiam tenemur eos diligere, ita ut velimus eis bona felicitatis eterne, virtutum, et bona naturae fortunae, in quantum eorum status promouent ad beatitudinem eorum. **¶** Summum per puer. xxiiij. Si ceciderit inimicus tuus, ne gaudeas ne forte videat deus et displiceat illi, et auertrat iram suam ab eo, et cum ab illo auerterit ad illum dirigat, qui de inimici ruina gaudebat. Et **¶** Exo. xxiiij. Si videris asinum inimici tui in luto iacentem non preteribis nisi prius eleues eum. Si inimici asinum non est relinquendus in luto. **¶** Item minus christi sanguine redemptus et dei imagine insignitus non debet negligi homo. **¶** Item. j. Jo. iiij. Qui odit fratrem suum homicida est. Et scitis quod omnis homicida si habet vitam eternam manentem in se, quod doctores exponunt sic. Qui odit fratrem suum quod peius est quam non diligere eum, homicida est sui ipsius spiritualiter, et fratris sui corporalis, disposuit enim. Secundum per q. **¶** Math. xxij. preceptum est. Diliges proximum tuum sicut teipsum, sed inimicus est proximus tuus ut super patuit. **¶** Item math. v. dominus preceptiue dicit Diligite inimicos vestros, benefacite hijs qui oderunt vos. **¶** Item probat magister in. iij. di. xxx. **¶** Ratio autem quare tenemur inimicos diligere est, quod dilectio quam christus nobis precepit quam tenemur diligere, primum est caritas quam habentem facit attendere quod quilibet proximus viator est ad imaginem dei, dei capax et beatitudinis quam capacitas cum sit naturaliter in inimico et in amico, omnes tenemur diligere ad tale bonum, deus enim est vniuersale bonum in nullo minus in eis, et conuentione sui ad alium, cui bono fauere debemus et optare ut ab omnibus vobis viatoribus honoretur Diligamus ergo in inimico omne illud quod est in eo a deo et odiamus in eo omne

illud quod est a dyabolo. Sic enim medicus infirmum diligit sed febrem persequitur et mater filium diligit sed eius scabiem odit. **¶** Quo ad tertium principale videtur ad diligendum inimicum erigat spiritualis actuatio mentis. **¶** Morandum secundum theodoricum, ubi supra quod dilectio nature inimici per dupliciter considerari. Vno modo in generali, et sic est in precepto, ut cum aliquis in generali diligit proximos, ab illa generalitate inimicum si excludat. **¶** Vnde qui oraret ex deliberatione corde vel ore, dicens, domine da pacem huic ciuitati vel regionem tempo tali inimico meo peccari mor taliter, quod per caritatem ageret. Alio modo considerat dilectio proximi in speciali, ut scilicet aliquis in speciali moueat motu dilectionis actualis ad inimicum suum, ita quod actualiter velit et optet sibi bonum, illud secundum theodoricum, non est de necessitate precepti. **¶** Exepli gratia. Cum quis cogitat de sorte inimico suo, non est preceptum quod statim velit vel optet sibi bonum actualiter, quod preceptum de dilectione inimicorum est affirmative **¶** Ideo non obligat per se. Sed preceptum est ut non odiat eum et nunquam affectet vel optet sibi malum intentione nocendi, quod non odire proximum est preceptum negatiuum, ideo obligat ad semper per se. Est tamen secundum theodoricum, hoc de necessitate caritatis secundum preparationem animi ut scilicet homo habeat animum paratum ad hoc ut in singulari inimicum affectuet et etiam effectiue diligeret, si necessitas occurreret. Sed quod absque articulo necessitatis homo hoc actu impleat perfectionis est, ut Augustinus probat in enchiridion. Et ut ibidem dicit. Esset adhuc maioris perfectionis quod homo magno conatu et perfecto amore elicitio ferret dilectionem in inimicum cum affectu sibi dolendo bonum, potissime deus ille inimicus actu offendit ut fecerunt christus in cruce, et stephanus in ortu.

Capitulum octauum.

A

## Secundo cum in

inimici nos persequantur ore debemus eis dilectionis beneficia ostendere, non solum corde sed etiam ore. Quod fieri potest tripliciter de quibus pro presenti tractabit. **¶** Primo per. i.